

röcke, zwene braun, einer grün; I gele seydene casell; I grüne sammette casell; II schwartze caseln, eine von tamaschke, die andere von tschamloth; I geler seydenen leuten rogk; I alde rothe casell; I leuten rogk mit schwarzem seittin; I leberfarbe casell vonn harraß; II seydene velamina, eins grun, das andere roth; I leberfarbe casell von harras; I vorhengigenn vf ein pult vonn güldem stücke; I velamen vber eine monstrantz; I ander velamen roth vnd grün; IIII tapetth; LXVI bücher groß vnd klein; Etzliche pergamenene täfelein darauf ist contrapunct gesangk geschriebenn; III täfelein die man vf den hohenn altar setzet; II corporall taschenn, eine höltzern, darinnen ist ein corporall, die andere vonn rothem atlaß, darinnen seint II corporall.

Zum dritten ist eine scatell mit nachuolgenden brieffen gefunden worden.
(Verzeichniß der Urkunden).

Orig. oder gleichzeitige Copie im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 1456. 1548. 10. Aug.

B. Johann erhält auf sein Ansuchen aus der kais. Canzlei einen sein Bisthum betreffenden Auszug aus dem zwischen dem Kaiser und dem Kurf. Moritz abgeschlossenen Vertrage: Cum sacrae Caes. ac Maj^{ti} domino nostro clementissimo humiliter supplicaverit reverendissimus princeps et dominus dominus Joannes episcopus Misnensis sibi decerni copiam eorum, quae in causa sui episcopatus inter praefatam Caes^{am} Mj^{tem} et illustrissimum principem ac dominum dominum Mauritium ducem Saxoniae electorem ac in his comitiis imperialibus acta sunt, eadem Mj^{tas} Caes^a relata causa in senatu curiae suae Ma^{tis} et matura deliberatione praehabita decrevit eidem reverendissimo domino episcopo Misnensi pro suo et ecclesiae suae interesse copiam edi debere ex actis supra commemoratis ea quae sequuntur. Inprimis ex petitione suae Caes. M^{ti} ex parte — electoris ducis Mauricii seu eius nomine oblata articulum infrascriptum videlicet Tertio ut Caes. Maiestas fratrem ducem Augustum cum omnibus huiusmodi feudis (puta ipsi duci tanquam Saxoniae electori per Caesarem conferendis) clementer in eventum simul investire dignetur secundum tenorem antiquarum investiturarum, prout id ante benigne fuit promissum. Item resolutionem seu responsum Caes. M^{tis} ad articulum hic supra descriptum sub hac forma: Caesarea M^{tas} clementer admittit simultaneam investituram hoc ordine concedendam, ut scilicet frater electoris dux Augustus eiusque liberi proximo loco post electorem ponantur, volens nimirum sua M^{tas} in hoc gratificari eidem tanquam obedienti principi. Cumque episcopi in Saxonia principes sint imperii Misnensis Mersburgensis et Neumburgensis sub ducum Saxoniae protectione ipsique duces feuda ab illis habeant, quae recognoscere negligunt, M^{tas} sua intendit, quod ipsi principes officium praestent et contenti sint veteri et legitimo iure dictosque episcopos in administratione spirituali et temporali [non] perturbent, sed sinant foundationem libere sequi. Demum vero ex replica illustriss. principis electoris ducis Mauritii ad resolutionem praenarratam hunc articulum sequentem:

Vnd will sein churfürstlich gnaden daßelbige (stift Naumburg) sambt den andern baiden stiften Meißen vnd Merseburg bey irer alt hergebrachten gerechtigkeit bleiben lassen; vnd der lehen wie hiebuor breuchlich gewest denselben der gebure vorhallten; sich auch vnderthenigist vertrosten was s. churf. g. vofahren solcher stift halben befuegt gewest, vnd wie dasselb hertzog Georg vff seiner churf. g. vater hertzog Hainrichen seliger gebracht, das die kaiserlich Majt. sein churf. g. vnd das hauß zu Sachssen ac dabey auch allergnedigists werden bleiben lassen. In cuius quidem imperialis decreti et aliorum praemissorum testimonium et fidem rev. principi et domino dom. Joanni Misnensi episcopo hae literae seu documentum praesens sigillo parvo secreto praelibatae Caes. M^{tis} munitum et manu mea infra nominati secretarii caesarei subscriptum editum est. Actum in imperiali civitate Augusta Vindelicorum die decima mensis Augusti a. d. M. D. XLVIII.

Obernburger.

Orig. mit aufgedrucktem kais. Secret im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.